1658 Concessione del titolo di Duca di Assergio al Marchese Gaspare Caffarelli

España. Ministerio de Educación, Cultura y Deporte. Archivio General de Simancas
Signatura: SSP, LIB, 216, 451

© 2016 Roberto Vergara Caffarelli

[**c. 451r**]

Titulo de Duque al Marques
Gaspar Cafareli

Filippus &ct. Universis, et singulis præsentium seriem inspecturis tam præsentibus quam futuris, inter cætera qua a prudentibus Principibus instituta, et solerter sunt observata maxime virorum nobilium, suaque, et maiorum gloria, novos ad Titulorum subinde gradus credditur extollentia. Proinde cum nomine Illustris Marchionis Gasparis Cafarelli nobis sit humiliter suplicatum, ut in testimonium, ac significationem suorum totiusque suæ familiæ meritorum et obsequiorum Marchionatus Titulo et honore Illustrem fidelem nobis dilectum Gasparem Cafareli filium suum natu maiorem ornare dignaremur. Nos considerantes prosapiæ ipsius antiquam nobilitatem, necnon præclara merita, et obsequia tam ab ipso Marchione, quam a maioribus suis in variis bellorum expeditionibus, et apud oratores nostros in Curia Romana singulari fide, et devotione erga nostrum Regnum diadema prestita, merito petitioni eius benigne annuendum Terramque Assergi quam in Provincia Aprutij Ultra nostri Citerioris Siciliæ Regno a nobis nostraque regia Curia iustis, ut asserit, titulis in feudum tenet et possidet dicto Ducatus titulo illustrandam, atque insigniendam decrevimus. [**c. 451v**] Tenore igitur præsentium ex certa scientia, Regiaque auctoritate nostra deliberate, et consulto, ac ex gratia spetiali, maturaque Sacri nostri Supremi Consilij accedente deliberatione præfatum Illustrem Marchionem Gasparem Cafarelli Ducem Assergij atque illius membra et districtum in Ducatus Titulum, et honorem erigimus, et extollimus, ipsumque Marchionem, atque ipsius Hæredes, et successores ordine successivo Duces eiusdem terra dicimus et nominamus ab alijsque in omnibus, et quibuscumque actis et scripturis dici, et nominari volumus et perpetuo reputari. Decernentes et volentes, ut deinceps dictus Illustris Marchio Gaspar Cafarelli eiusque Hæredes et successores ordine successivo omnibus et singulis gratijs, privilegijs, prærogativis, Iuribus, dignitatibus, favoribus, immunitatibus, præeminentijs, libertatibus, et exemptionibus uti, frui, et gaudere possit, et possint, valeat, et valeant, quibus huiusmodi dignitate, et Ducis honore decorati potiti sunt, seu quomodolibet [**c. 452r**] potiuntur, et gaudent, potirique et gaudere possunt consuetudine, vel de Jure. Ita ut in parlamentis, et aggregationibus titulatorum, et Baronum dicti Regni, aut aliorum per nos, seu successores nostros vel Proregem in dicto Regno pro tempore existentem faciendis tanquam Duces ipsius Terræ tractari vocari, et honorari debeat, et debeant, et a nobis, et ipsis eius, et eorum dignitatem gradum, et locum prout solitum est, observari statuentes expresse quod præsentis Tituli concessionis privilegium sit, et esse debeat eidem Illustri Marchioni, eiusque hæredibus, et successoribus prædictis omni futuro tempore semper stabile, reale, validum atque firmum, nullumque iudicijs, aut extra sentiat impugnationis obiectum, defectus incommodum aut noxe cuiuslibet alterius detrimentum, sed in suo semper robore, et firmitate persistat, fidelitate tamen nostra feudali quoque servitio, seu Adhoa nostrisque alijs, et alterius cuiusvis iuribus semper salvis. Serenissimo propterea Philippo Andrea Principi Asturiarum, et Gerunde [**c. 452v**] Ducique Calabriæ filio Primogenito nostro charissimo ac post felices, et longævos dies nostros (Deo propitio) immediato hæredi, et legitimo successori intentum apperientis sub paternæ benedictionis obtentu dicimus, eumque rogamus. Illustribus vero spectabilibus Nobilibus, Magnificis Dilectis Consiliarijs, et fidelibus nostris Proregi Locumtenenti, et Capitaneo generali nostro, Magno Camerario, Prothonotario, Magistro Justitiario, eoruque Lucumtenentibus Sacro nostro Consilio in Castro Capuanæ residenti, Præsidentibus, et Rationalibus Cameræ nostræ Summariæ, Regenti, et Judicibus Magnæ Curiæ Vicariæ, Scribæ portionum, Thesaurario nostro generali, Advocatis quoque, et Procuratoribus fiscalibus, et præsertim Principibus, Ducibus, Marchionibus, Comitibus, Baronibus dicti nostri Citerioris Siciliæ Regni, cœterisque

demum universis, et singulis officialibus, et subditis nostris maioribus et minoribus quocumque nomine noncupatis titulo officio, auctoritate et potestate fungentibus præsentibus, et futuris [**c. 453r**] tam prædicti nostri Citra Pharum Siciliæ Regni, quam cuiuslibet alterius dictionis nostræ dicimus, atque stricte præcipiendo mandamus quatenus forma præsentium per eos, et eorum quemlibet diligenter inspecta, illam eidem Illustri Marchioni Gaspari Cafarelli, eiusque hæredibus, et successoribus prædictis tenentes firmiter, et observantes eum et eos tanquam Duces prædictæ Terræ Assegij habeant, teneant, reputent, honorificent, atque tractent et contrarium non faciant fierive permittant ratione aliqua sine causa, si dictus Serenissimus Princeps filius noster charissimus nobis morem gerere, cæteros vere officiales et subditi nostri prædicti gratiam nostram charam habent, ac præter iræ, et indignationis nostræ incursum pœnam ducatorum mille nostris inferendorum ærarijs cupiunt evitare. In cuius rei testimonium præsentes fieri iussimus nostro magno negotiorum præfati Citerioris Siciliæ Regni Sigillo impendenti munitas. Datum in oppido nostro Madriti die secunda mensis Iulij Anno a Nativitate Domini Millesimo Sexcentesimo quinquagesimo octavo, Regnorum autem nostrorum anno vigesimo octavo.

Io el Rey[1]

V[idi]t Marchio de Velada[2]
Prothonotario,et Mag[n]o Cam[erari]o cons[iliariu]s
V[idi]t Ansalone[4] R[egen]s
V[idi]t Oca[5] R[egen]s

V[idi]r Co[me]s de Mora[3]
V[idi]t Trelles R[egen]s
V[idi]t Galeota R[egen]s

S[olva]t Ducatos quadraginta octo
Moreno de los Rios pro Tax[ato]re

Dominus Rex mandavit mihi
Don Inico Lopez de Zarate

---

[1] - Filippo IV (1605-1665)

[2] - Antonio Pedro Sanchez Álvares Osorio Dávila y Toledo, decimo Marchese de Velada y Astorga (1615-1689) fu ambasciatore a Roma, Viceré di Valencia dal 1664 al 16666 e Viceré di Napoli dal 1672 al 1675.

[3] - Don Francisco de Roxas y Guevara fu fatto *conte de Mora* da Filippo III nel 1613. Era maggiordomo di Sua Maestà, e del Consiglio Supremo d'Italia. Aveva sposato 1) Leonor Pacheco de Cardona, 2) Francisca Portocarrero de Guzman. Si veda ALONSO LOPES DE HARO, *Nobiliario genealógico de los Reyes y Títulos de España*, Madrid 1622, p. 378: «D. Francisco de Roxas y Guevara primeirconde de Mora, señor de la villa de Layos y el Castañar, anduvo en la Corte del Catolico Rey D. Felipe III muchos años, y le acompaño en diversas jornadas que hizo, compro la villa de Mora, que era encomienda de la Orden de Santiago, a quien el Catolico Rey D. Felipe III honro con titulo de Conde della, [...]»

[4] - Ascanio Anzalone Escovedo, Principe di Patti, Marchese di Sorrentino, Conte di Tindaro. Fu maestro razionale del R. Patrimonio e dal 1652 Reggente nel Supremo Consiglio d'Italia presso la corte di Madrid.

[5] -Alonso de Oca y Zuñida, senatore di Milano, del Supremo Consiglio d'Italia, cavaliere dell'Ordine di Santiago. Aveva sposato a Milano Isabella Visconti.

ESPAÑA - MINISTERIO DE CULTURA - AGS - AGS_SSP_LIB_0214_0001

Titulo de Duque al Marques
Gaspar Cafarelli

L00 Philippus etc.ª Universis, et singulis praesentium seriem inspecturis, tam praesentibus, quam futuris. Inter caetera quae a prudentioribus Principibus inventa, et solerter sunt observata maxime virorum nobilium, eaque, et maiorum gloria illustrium viros ad titulorum dignitatumque gradus evehendi existentia. Proinde cum nomine Nobilis Marchionis Gasparis Cafarelli nobis sit humiliter supplicatum, cum Romanorum suorum, tum propriae suae familiae meritorum, et obsequiorum ad Ducatus se titulum promovere dignaremur. Nos considerantes praecipue ipsius antiquam nobilitatem, necnon praeclara merita, et obsequia tam ab ipso Marchione, quam a maioribus suis in variis bellorum expeditionibus, et apud Oratores nostros in Curia Romana singulari fide, et devotione erga nostrum Regium Diadema praestita, merito petitioni eius benigne annuendum terramque Arcezij quam in Provincia Aprutij citra nostri Citerioris Italiae Regni a nobis nostraque Regia Curia ubi Marchionis tituli in feudum tenet, et pariter dicto Ducatus titulo illustrandam atque insigniendam decrevimus

ARCHIVO GENERAL DE SIMANCAS

ESPAÑA - MINISTERIO DE CULTURA - AGS - AGS_SSP_LIB_0214_0002

Tenore igitur praesentium ex certa scientia, Regiaque
auctoritate nostra deliberate, et consulto, ac ex gratia
speciali, maturaque Sacri nostri Supremi Consilij acce
dente deliberatione praefatum Illustrem Marchionem
Gasparem Caffarelli Ducem Asergij, eiusque haeredes
et successores ordine successivo Duces praedictae terrae
facimus, constituimus, creamus, et perpetuo reputamus,
terramque ipsam Asergij atque illius membra
et districtum in Ducatus titulum, et honorem eri:
gimus et extollimus, ipsumque Marchionem, at
que ipsius haeredes, et successores ordine successivo
Duces eiusdem terrae dicimus et nominamus, ab:
illisque in omnibus, et quibuscumque actis, et
scripturis dici, et nominari volumus, et perpetuo
reputari. Decernentes, et volentes ordinantesque
dictus Illustris Marchio Gaspar Caffarelli, eiusque
haeredes, et successores ordine successivo omnibus
et singulis gratijs privilegijs praerogativis ciui:
bus, dignitatibus favoribus, immunitatibus prae
eminentijs, libertatibus, et exemptionibus uti,
frui, et gaudere possit, et possint valeat, et vale
ant, quibus huiusmodi dignitate, et Ducis ti
honore decorati potiti sunt, seuque modolibet

ESPAÑA - MINISTERIO DE CULTURA - AGS - AGS_SSP_LIB_0216_0003

potiuntur, et gaudent, potirique, atque gaudere possunt consuetudine vel de iure. Statuum parlamentis, et aggregationibus titulatorum, et baronum dicti Regni, aut aliorum per nos, seu successores nostros vel Proregem in dicto Regno pro tempore existentem faciendis tanquam Unus ipsius terrae tractari, vocari, et honorari debeat et debeant, et á nobis, et ipsis, et eorum dignitatem, gradum, et locum, prout solitum est, observari. Statuentes expresse quod praesentis tituli concessionis privilegium sit, esse debeat eidem Illustri Marchioni, eiusque heredibus, et successoribus praedictis omni futuro tempore semper stabile, reale, validum atque firmum, nullumque in iuditijs aut extra sentiat impugnationis obiectum defectus incommodum, aut noxae cuiuslibet alterius detrimentum, sed in suo semper robore et firmitate persistat. Fidelitate tamen nostra feudali quoque servitio hic adhoc, nostrisque alijs, ac alterius cuiusvis iuribus semper salvis. Serenissimo propterea Philippo Andreae Principi Asturiarum, et Gerundae

ARCHIVO GENERAL DE SIMANCAS

ESPAÑA - MINISTERIO DE CULTURA - AGS - AGS_SSP_LIB_0214_0004

Apuliæ Calabriæ filio Primogenito nostro charissimo
ac post felices, et longævos dies nostros (Deo propitio)
immediato heredi, et legitimo successori intentum
aperientes nostrum sub paterna benedictionis af-
fectu dicimus, eumque rogamus. Illustribus
vero Spectabilibus, Nobilibus, Magnificis, Dilec
tis Consiliarijs, et fidelibus nostris Proregi Locum
tenenti, et Capitaneo generali nostro, Magno Came
rario, Prothonotario, Magistro Iustitiario, eorumque
Locumtenentibus Sacro nostro Consilio Lateri Com
pranæ residenti, Presidentibus, et Rationalibus
Cameræ nostræ Summariæ, Regenti, et Iudicibus
Magnæ Curiæ Vicariæ, Scribæ portionum Thesau
rario nostro generali, seu eius officium Regenti,
Advocatis quoque et Procuratoribus fiscalibus
et præsertim Principibus, Ducibus, Marchioni-
bus Comitibus Baronibus dicti nostri Citerioris
Siciliæ Regni, ceterisque demum universis
et singulis officialibus, et subditis nostris ma
ioribus, et minoribus quocumque nomine
nuncupatis titulo officio, auctoritate, et
potestate fungentibus presentibus et fu

ESPAÑA - MINISTERIO DE CULTURA - AGS - AGS_SSP_LIB_0216_0005

turis tam praedictis nostri Consiliariorum Siciliae
Regni, quam cuiuslibet alterius dictorum nostrae
dicimus, atque stricte praecipiendo mandamus
quatenus forma praesentium per eas executioni quam
libet diligenter inspecta illam eidem Illustri
Marchioni Gaspari Cafarelli, eiusque haeredibus
et successoribus praedictis teneant firmiter, et
observantes eum, et eos tanquam Duces praedi
ctae terrae Asciegii habeant [illegible] teneant re
putent, honorificent atque tractent, et con
trarium non faciant fierive permittant
ratione aliqua sive causa, si dictus Sereni
ssimus Princeps filius noster charissimus nobis
morem gerere. Caeterum vero Officiales, et subditi
nostri praedicti gratiam nostram charam
habent, ac praeter irae, et indignationis nostrae
incursum poenam ducatorum mille nostris
inferendorum Aerariis cupiunt evitare. In
cuius rei testimonium praesentes fieri iussimus
nostro magno negotiorum praefati Coronae
Siciliae Regni sigillo impendenti munitas
Datum in oppido nostro Matriti die secunda

ESPAÑA - MINISTERIO DE CULTURA - AGS - AGS_SEP_LIB_0214_0006

mensis Julij anno a Nativitate Domini millesimo
septentesimo quinquagesimo octavo, Regnorum
autem nostrorum anno trigesimo octavo.

Yo el Rey

V.t Marchio de Castagneto
Praeses et mag. Cam.   V.t Castelmara Cons.
V.t Avalena Reg.   V.t Salles Reg.
V.t Oca Reg.   V.t Galeota Reg.

Solvat ducatos quadraginta octo
Moreno de los Rios Reg. 4 fol.

Dominus Rex mandavit mihi
Don Vicente Lopez de Zarate

Titulo de Duque al Marques Gaspar Caffarelli sobre la tierra de
Assergio en el Reyno de Napoles. Consultado

Vt. Juan Dominico de Virgilijs

20. Philippus etc. fideli nobis dilecto J. V. D. Ioanni
Dominico de Virgilijs gratiam nostram et
bonam voluntatem. Illis officia regia
libenter committere solemus, qui litterarum
peritia, rerumque tractandarum solertia nec
non obsequiorum exhibitione nobis commen
dantur. Proinde considerantes vestram sin
gularem fidem, experimentatam probitatem,
integritatem, litterarum peritiam in tractan
dis negotijs dexteritatem, ac integr